RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice retandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondarunt ut infra ad singula:

I. – *De confraternitatibus Ssmi Sacramenti*

D. I. – Utrum vi canonis 711 § 2 locorum Ordinarii stricte teneantur ere in qualibet paroecia confraternitatem SS. Sacramenti, an eius loco nt, secundum peculiaria adiuncta, instituere piam unionem vel sodali- SS. Sacramenti.

– Utrum archiconfraternitati Ssmi Sacramenti in Urbe erectae, de ii canone 711 § 2, *ipso iure* aggregatae sint tantum confraternitates Sacramenti proprie dictae, an etiam piae uniones aliaeque sodali- Ssmo Sacramenti.

. Ad I. – Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

d II. – Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

II. – *De indice funeralium taxarum*

D. – An Religiosi, etiam exempti, subsint indici funeralium taxarum,

III. – *De publica expositione Ssmi Sacramenti*

D. – An sub nomine *Expositionis publicae*, de qua in canone 1274 § 1, at etiam *Benedictio eucharistica* quae, palam exposito Ssmo Sacramento ostensorio, impertiri solet.

R. – Affirmative.

Romae, die 6 mensis Martii 1927.

P. Card. Gasparri, *Praeses*.

Ioseph Bruno, *Secretarius*.